

similis est niui, Epiphanius.

Ros. Drosolithus variij coloris lapis est: qui igni admotus velut sudorem emittit, vnde nomen ei à rore: vt Camillus Leonardus libro secundo de lapidibus scribit, authore nullo nominato. Ego non vni lapidum generi proprium hoc putârim: sed omnibus fortè qui valde solidi & læuissima superficie sunt, vt Ceraunio, Glossopetra, &c. & qui aquam continent, vt Enhydro.

Similis.

Ad Meteora vapor etiam & fumus pertinent. Cum & in aëre consistant, & aliquid in eo gignant. Inter Iaspidis species est quædam veluti fumo infecta, quæ capnias vocatur, Plinius. Et alibi: Capnites quibusdam videtur suum genus habere, plurimis spiris fumida, vt suo loco diximus: in Cappadocia & in Phrygia nascitur, ebori similis.

DE